



**Commentariorvm, Ac Disputationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Disp. CLIX. Qua ratione relatio constituat diuinam personam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

coenit; ideo argumenta Scotti, quantumvis subtilia videantur, inania sunt.

*Secundum
argumentum
Scotti.*

31.

Præterea arguit Scottus ex eodem medio, hac ratione: à paternitate, filiatione, & processione abstracti potest conceptus communis, non tantum secundæ vt aiunt, intentionis, qualem nonnulli putant esse cōceptum formæ hypotheticæ, & modi incommunicabiliter subsistendi: verum etiam conceptus realis, & quiditatibus primæ intentionis, nimisrum conceptus relations: relatio namque quiditatibus respicit paternitatem, & filiationem, & processionem: at qui hoc videtur esse contra rationem ultimi constituentis; hoc enim debet esse aliquid omnino simplex: nam quamvis id, quod constituit ultimum secundum rem, debeat esse tantum simplex secundum rem, licet ipsum ratione constitutus, vranima, qua re ipsa non constitutus: per rationem tamen constitui potest, quia solum ei ultimum constitutus secundum rem ratione id, quod ultimo constituit etiam secundum rationem, qualis est personalitas, debet esse omnino simplex, etiam secundum rationem.

Verum hoc argumentum primo quidem in doctrina Scotti, qui patet personas constitutis ex natura rei, essentia, & proprietate, vt ultimo constituentis, non multum habet momenti. Nam, vt relatio sit ultimum constituentis ex natura rei, facit est, si ex natura rei ipsa relatio non constitutus, nec amplius contrahatur: nihil tamen obstat, si ipsa constet conceptus communis & particularis, quia sufficit, si in eo genere, quo constituit, ipsa amplius non constitutus, nec determinetur.

Secundo concedo cum Caiet. *sopra q. 27. art. 4. ad 4. dubium, & q. 30. art. 4.* posse abstracti ab originibus & relationibus conceptui communem quasi generis, & particularem quasi speciei. addo tamen, hoc nihil obesse, quo minus relatio sit ultimum constituentis personam; veluti si albedine & nigredine aliqua persona constitueretur, possemus quidem ab utroque constitutive ratione: coloris abstracta hereditas, & nihil obstante patet, quia ut aliquid sit ultimum constituentis in eo genere, necesse est ipsum amplius non posse constitui eodem genere constitutio: veluti differentia atomata, quia ultimo constituit speciem hominis vt rationale non potest amplius constitui genere & differentia, quia non est in ipsa ultimâ constitutio in eo genere: et vero ideum rationale constitui potest realiter ex materia & forma: utraq; enim complectitur, quia in genere constitutio realis physicæ non est ultimum constituentis: sed forma, quæ in eodem genere amplius non constituitur, est ultimum constituentis physicum: ergo potest eodem modo relatio ultimo constitutio personam determinando essentiam ad esse personale, dummodo ipsa à nobis amplius alia personalitate non determinetur & constitutio: tamen si dupli conceptu, nempe generis & diff. est, & utroq; ostiatur.

Addo tertio cont. Caiet. abstracti non posse à nobis conceptu communem vniuersaliter diuinis relationis, quia, vt dixi disp. 114. c. 2. in relatione est duplex conceptus in, & ad, qui ita inter se comparantur, vt conceptus in situ trahendens, & includatur necessario in conceptu ad, quia ad lineam in nequit cogitari. Quocirca relatio diuina utriusq; habet: quia tam substantialis est, à nobis concepitur, non quasi per se substantia, sed ut modus substantialis ipsius naturæ: neq; alio modis explicari potest cōceptus,

in, relationis diuina: hic autem conceptus aut forma, hypostaticæ, aut modi sibi sistendi est denominatus, vt veluti secundæ intentionis, vt sed disp. c. 3. ostendit: ideo nequit à relationib. diuini aliquid abstracti commune quiditatibus, sed sibi denominatur. Convenit autem nobiscum ipse Sat. in i. d. 23. q. 1. in fin. cum affert, nihil commune quiditatibus abstracti possit à tribus personis, sed commune quasi proprium: proprium autem denominative prædicatur, de quo iam diximus disp. 130.

DISPUT. CLIX.

Qua ratione relatio constitutio diuinam personam.

Nodus difficultatis in praesenti controverbia, c. 1.

Opini Caietani, & Canariensis, c. 2.

Quid senserint Capreolus, & Canariensis, c. 3.

Durandi, & Gabrielis sententia, c. 4.

Exponitur verior sententia, c. 5.

Satisfactio argumentis Scotti in i. c. allatis, c. 6.

Diluntur alia argum. que nobis opponi possunt, c. 7.

CAPVT. I.

Nodus difficultatis in praesenti controverbia.

P Ropter argumenta, quæ Scotti, deponit se, secundo medio, quod commemoramus c. 6. præcedentis dis. necesse fuit praesentem qualitatem constitutio. Ea namque argumenta quæ adeo exerecerunt Thomistarum ingenia, ut variis opiniones eos disenserint. Argumenta vero Scotti de sumpta sunt ex comparatione producentis cum producio, & relationem cum originibus.

Imprimis comparans Scottus producentis cum producio, primo sic argumentum. Omne pro. *Præducens prius est, quam producendum, non quarens, sed producens, sic enim ad productionem referuntur & designantur, ergo persona ut in producendo, non prius aucto aucto producens est, sed se undum tale naturam & proprietatem, vt producat, quare prius quam intelligatur actus producens, iam est per se, tunc autem non potest esse constitutio relationis, hanc enim consurgit ex productione: ergo est constitutio absolute. Secundo, si persona secundum rationem personæ sibi relata, nihil aliud erit patri producere, quam habere filium; nam pater eo est pater, quo haber filium; ergo ex ratione solus sue personæ nulla intellectu origine habet filium: frustraigitur ponimus origines. Tertio, prius producitur ab solutum, quam consurgit relatio: nam ad relationem non per se mons est. Physic. textu 1. ergo persona, quæ producitur prius est absoluta, quam relationem igitur iam erit aliquo absoluio constituta.*

Deinde conferens relationes cum originibus arguit etiam dupliciter. Primum, omne supponit secundum, quod est principium operationis, seu productio. *Etionis, intelligitur ante operationem, qui prius respondeat, conuenit rei esse, quam operari: ergo præfigit formam, intelligitur, sub relatione producentis, intelligitur, quare non potest constitutio relatione illa, sed aliquo absoluto, quia nulla alia relatio est, quo possit constitui. Præterea, relatio est veluti forma personæ diuina: quatenus persona est; omnis autem forma prius intelligitur, quam res, cuius est forma, & quam constitutio: ergo prius*

*Solutio vera
argumenti
secundi.*

intelligitur paternitas, quam persona patris, atque paternitas nequit intelligi sine filiatione, quia simul sunt cognitione; ergo filatio intelligitur antea personam patris, quoniam ergo filatio resultat ex generatione, qua prouenit a patre, siquidem ante personam patris intelligitur?

Hæc omnia argumenta codem spectare videntur, & circa solam personam patris difficultatem habebit, videlicet qui fieri possit, ut persona patris, quæ debet prius intelligi constituta, quæ generet, constitui possit paternitate, quæ ex generatione regulatim alius vero personis nulla prorsus est difficultas; nam generatio passim precedit personam filij, & filiationem in facto esse; tum etiam spiratio actua iam supponit patrem & filium constitutos alius relationibus; non enim constituantur relatione spiratoris: denique pro cello passim praecedit personam Spiritus sancti, & relationem illius, sicut degeneratione passim diximus. Entendunt igitur nobis est, nodum hucus difficultatis dissolue, recentis tamen prius aliorum opinionibus qui ut res hauc explicare conant sunt, nec scio an difficiliorem reddiderint. Pro explicatione vero huius quest. Scholastici, qui dicunt, personas constituit relationibus disrupti id, quod in titulo proposuit, Quoniam pacto relatio constituar per sonam.

CAPVT II.

Opinio Caietani, & Canariensis.

Caiet. solita iua subtilitate in foliis, huius quod plus ceteris videtur laboratiss, nescio an ita fructuose. Dicer autem in art. 4. huius quæst. ad 2. dubium, bisfariam sumi paternitatem; de hac enim tota videtur difficultas, vno modo ut conceperam sub expresso conceptu paternitatis, non ut exerceret manus relations. & hoc pacto inquit confitetur personam patris in Deo, antequam intelligatur generare, & habere filium; quia relatio ut concepta, ex sent. Caet. non postulat terminum, altero modo consideratur ut exercita, (Inquisitio) hoc est, ut iam exercens officium referendi, faciat postulat terminum actu, & in termino filiationem, hoc modo non potest constitutre personam patris, vt plane concinunt argumenta Scotorum illud prefertim, quia paternitas & filiatio hoc pacto sumit simili post originem, persona autem patris praedicta est secundum rationem relationis, Sic intercipitur S. Thon. cedere debet originem. Sic intercipitur S. Thon. art. 4. huius q. cum sit relatione, ut est forma hypothistica, constitui personam, & sic prius considerata, secundum propriam rationem relationis, non autem secundum propriam rationem relationis non quia secundum propriam rationem relationis non potest intelligi, priusquam origo, tamen si hac ratione distinguat viam personam ab alia. Neque oppositionem docuit S. Tho. q. 4. 2. art. 3. (Inquit Caet.) cum dixit, non esse prioritatem etiam rationis in ter personas, loquitur enim de ipsis, & utrum iam referatur sub conceptu proprio relationis exercitio, quare nonnulli perperam arguunt doctorem contradicitionis.

Canari, verò a sensu Caiet. non longe abest, licet Duran. sentent. sequi profiteatur, ait enim, duce spectare ad rationem & essentiam relationis, vnum est esse formā & proprietatem relationis, ut albedo est forma albī, ecce ibi relationem cōceptam Caiet, alterū est referre vnum ad alterum: Asce relationem exercentē munus relationis. Ascerit igitur, personam diuinam cōstitui relatione,

secundum quod est forma relatiui: non tam en se-
cuendum quod refert ad aliud: & in hunc sensum
Canar. intelligit S. Tho. eadem omnino proport.
qua Caiet. intellexit. Hinc colligit, vere dici per-
sonas diuinas cōstitūti relationibus, cum enim cō-
situuntur relationibus priori illo modo confide-
ratis, qui pertinet ad essentia ipsius relationis; effi-
ciunt, vere constitui relationibus in eo addi posse
particula illam, In qua nū, vel secundum rationem pos-
itionis, si denotet relationem priori modo intellec-
tam. Nam si accipiat quis relationem posteriori
modo, & addatur particula, in qua nū debet eam
vysparere, vt nota quam dicunt specificationis: &
sensus erit, relatio, in qua cum relatio, constituit,
hoc est, id quod reuera est relatio, constituit.

Huius sententiae Caiet. meminit Ferrar. 4. contra
getes 6.26. verificat hanc interpretatio: quam licet sub-
tilem esse dicat. affirmat tamen nec vera esse. nec
secundum mentem S. Tho. Eam igitur simul cum
opinione Canar. eisdem rationib. impugnabimus.

Prima ratio Ferrar. est. Id quod aliqui conuenient secundum rationem formalem, conuenit illi, secundum quod tale est: ex sent. autem Caicer. constitue-
re hypothesam conuenit relationi secundum expre-
sam & formalem rationem relationis: ergo con-
uenit illi, in quantum relatio est: at oppositum di-
cit S. Thos. at 4. huius q. ait enim: relatio non co-
stituit personam, secundum quod relatio est: ergo
aduerterat Caicer. Doctori S. quem se leui pater-

Caeterum Caiet. Doctoris S. quem se sequi putat,
Dices pro Caiet. relatio constituit secundum rat.
relationis priori modo considerata, prout est con-
ceptus autem posteriori modo: ut exercet of-
ficium relationis. Sed contra hoc est, quod ipse
Caiet, cōcedit, relatione priori illo modo conne-
xire expresam & formalem rationem relationis.
Secundo arguit Ferrar. hoc modo, Nihil aliud
est, formam exercere actum suum, quam dare es-
tis subiecto, cui inest, in genere caule formalis:
quid enim aliud exercere potest? Sicalbedo exer-
cit actum formae, cum facit subiectum album, et
tunc intelligitur relatio exercere actum suum,
ad tribuit subiecto esse relati ad aliud & nunc
subiectum referat ad aliud; nullum enim aliud a-
mum habet, quare si relatio aliqua sub expre-
sione relationis coepit in aliquo subiecto,
telligitur iam, ut referens subiectum ad aliud,
ut exercens officium relationis: frusta igitur
et. & Canar. distinguunt duas acceptiones re-
lationis, cum idem omnino sit esse format relati-
onem subiecto, & ipsum ad aliud referre;
ridem est Caiet formam albi, & dare esse albi.
Tertio invenimus partem, in qua
Ffugitio p.
Caiet. sonex-
ia praeclu-
sura.
6.
Secondi Fer-
var. arg. con-
tra Caiet.

Tertio impugnari potest opinio Caet. & Canar. quia aut relatio priori modo accepta est ad se, aut ad aliud: si ad se habet modum absoluti, & non habet expressam, atque formalem rationem relationis, quia est esse ad aliud, cuius oppositum ipsi docent: & assertere necessario debent ut defendant, eam esse veram conceptionem relationis, & personas formaliter relatione constitui: aut relatio eo modo est ad aliud, & ita necesse est, ut habeat terminum, quem respiciat: ergo in haren subiecto ipsum referat ad aliud. Quare credit difficultas, quā ex Scoto initio proposuimus. Porro autem a cels. Cart. &c. ad aliud.

lantur eis, relationem etiam ut conceptam habe-
re terminum, patet; quia expressa, & formalis ra-
tio relationis, sub qua concipiatur, non potest in-
telligi aut definiri, nisi ad aliud: est ergo Caiet, &
Canar. distinctio commentitia.

CAPVT III.

Capreolus & Ferrar. Quid senserint Capreolus & Ferrar.
Capreolus in 1.d. 26 q. 1.a. 2.ad. 1. Scotti ex iis, quæ tertio
loco adducta erant, & Ferrari 4. contra gentes c. illo
26. planius secuti sunt. S. tho in 4.a. dicunt ratione
dupliciter considerari: tum ut formam hypothetica-
m & proprietatem personæ, & hoc modo con-
struere personam, non tamen distinguere, ita ut
posse intelligi pater relatione sit constitutus libet
concepit formam hypotheticæ, priusquam intelligatur
generare: tum tū ut est relatio & sic non con-
struere personam, sed illam distinguere. Priori nā
que modo non est ad aliud, nec formaliter est re-
latio, & ideo ante orig. potest intelligi: posterior
aut modo iam est formaliter relatio, & sic tantum
potest distingueretur, quia omnis distinctione in diui-
nis sit oppositione relativa. Iuxta quod nota Capreolus
cum eadē omnino res sit essentia, forma hypo-
thetica, & relatio, diuersa tamē formaliter in ea re-
nostra consideratione distinguitur: primo essentiaria
que dicitur deitas, qua persona constituirit in ra-
tione Dei: secundum proprietatem seu formam hypo-
thetica, qua constituirit in ratione personæ: tertii
relationem, qua una persona ab alia distinguuntur.

Refert quoque pro hac sent. *Canar. Marfil.* in 1. q. 29. a. 2. dub. 1. consil. 1. vñque ad 5. vbi reuera prædicta dicit sub eisdem verbis vitetur, idemq; omnino docet. Ceterū in q. 30. art. 3. ad 1. argum. in contrariū ad dictum, dicit, non cōstituit relationes acēb. no-
tionalib. hoc est, actus nationalis non est funda-
menta relationum: quia quamvis in humanis rela-
tio paternitatis confequatur generationē, eo quod
relatio non constituit generationē in substantiali-
tate: in diuinis tamen relatio paternitatis est aene gene-
rationem, quia persona substantialiter constituta
prius est, quam generet. Constituitur autem rela-
tione. Imo con. edit. Patrem æternum confitunt
paternitate prius habere filium, quam generet: id
quod tanquam absurdum Scot. inferebat, vt vidie-
mus c. 1. nec video, qua ratione defendi possit. Es-
certe, si id esset verum, non erat opus Marfilo di-
stinguere relationem duobus illis modis vt altero
constitueret, altero distinguatur. Sed iam opinio-
nem Capreoli & Ferrar. consultare necesse est.

9.
Scotus.
Durand,
Eam vero impugnat Scot. in i.d. 28.q.vl. §.n.10.
muniter, & Durand. in i.d. 26.q. 1.n. 16. Prima autem
ratio si Scotti, in hunc modum. Relatio illa, secun-
dū quod est proprietas seu forma hypothistica, for-
maliter est aliquid: ergo vel absolutum, vel relati-
uum; si absolutū, ergo persone cōstitutum formaliter
forma absoluta, quod cōcordat Scot. si re-
latiuū, ergo fructu distinguitur relatio in oratione
formæ hypothisticae, & relationis; cū etiā sub ratio
ne formæ hypothisticae formaliter ad aliud: atq;
hoc admisso ead, prorsus videatur absurdia sequi
que Scot. interf cōtra eos, qui dicunt personas cō-
stituti relationib; formaliter, que i.c. memorauim
mus. Ceterū aliqui respondeant, rationem sub ead
cōceptu formæ hypothisticae esse formaliter abso-
lutū, nihilominus cōstitui personas relationib; in
Caprol. op-
erari. Et
pione reselli-
tuz.
quantū relationes sunt, sumpta particula *inguinū*
vt nota specificationis, non vt nota reduplica-
tis, hoc est, cōstituti personas per i.d. quod est re-
lationis, non sub ratione relationis, sed absoluti. A
hoc fruolū est, nā quiaferunt, personas cōstituti
abolutis proprietatis, formaliter, non negat, cō-
stituti per id, quod reuera relatio est, qui in omni
sentēciam idem sunt proprietates secundum re-

cum relationib. Nunc autem cōtroverbiā s̄a est, quo formaliter constituantur personæ, & vires relatione, an abصول. Prædicti vero Theologi, huius enī Canar. c. 2 allegatus abutimur particula in qua, ut sit nota specificatio in eo lenis, quē ipsi volunt. Ut enim dicimus i. 2. d. 3. c. 9 & 3. p. q. d. ar. i. o. hæc particula tunc dicitur nota specificatio-
nis, quando determinat & signat partem, an peculiare natum subiecti, relatione cuius vel conuenienter predicatur, etiam si cōveniat per accidens & non per se. Veluti cum dicimus, Christus in qua-
tum homo, est alius seu umbilicus: aut etiū hominū habet dentes, est alius. Hic enim prædicta particula non potest esse nota peregrinata, ut sit nota quia predicatum non prædicatur per se de subiecto, ex antecep-
te dicitur prædicta particula nota specificatio-
nis in hac propositione, Relatio in qua nūm relatio, consituit, ut sit sensus id, quod est relatio consi-
tuit: hic enim est sensus quem vocant de nomine & non formalis, qui solum particula illa denota-
ri non potest. Adeō quod particula, in qua nūm, ut ibidem dicam, cum replicat, & repetit subiectum, ut in prædicta propositione, dicitur replicata,
ua, & semper est nota peregrinata.

Secunda ratio Dur. est huiusmodi. Auforma
hypostatica & relatio distinguitur ex opposito
(quidam codices mendose legunt ex supposito) aut
distinguitur sicut superioris & inferius: si di-
guuntur ex opposito, hoc est, ut opposita sequuntur
personas constitutis formaliter ab soluto; id n. quod
distinguitur ex opposito ad relationem, est ab soluto
si autem ut inferius & superior, ut ratio proprietas
si superior relatione, sequitur etiam per personas con-
stitutis formaliter ab soluto. Nam si illa ratio proprie-
tatis personalis, quia superior est, constitutio perfec-
tio, excludendo relationem, sed necesse est op-
positum includere, scilicet ab soluto: superioris namque
excludit in inferius, nisi includat aliquid oppositum re-
lutioni animali nunquam excludit rationale, insinuat
dat irrationaliter: ergo vel debemus dicere proprie-
tate constitutis personali, quatenus est etiam relatio
vel debemus asserere, personas constitutis ab soluto.

Tertiū argum. Scoti & Duran. est. Ratio formarum hypotheticae, aut proprietatis personalis non comparatur cū relatione quiditativa, sed denominative; videatur n. est. denominatio secundum rationem intentionis, qualis est denominatio individualis, denominatio persona, & principij constitutivis si est denominatio realis, non videatur esse quiditativa, vt notauimus disp. 130. c. Cū vero quiditativum de eo, quod constitutus personam, non invenimus de ratione denominativa constituentis, sed de essentiali & quiditativa: sicut cum inquirimus, quo constitutus Petr. in ratione persona, postulamus quiditativum conceptum illius, quo conformatum non autem quomodo illud denominari, vrum.

Vlto denique, quod ex Marfil. poterit hoc referre, relationes nimirum prius esse originalibus, cuius meminit Bonai. in t.d. 27, 19 d.i. ab aliis est. Nā si facetur id, quo infabre possunt sc. partem habere filii, antequam intelligantur generalia, cur dicimus ipius genitissi: vel ad quod generationem coedimus et, qui tam habent filios. Deinde si loquamus de passiva generatione, non potest esse posterior relatione: nam prius est generari, quam genitum esse; ergo quam filium habere. Quod si filio constituto in ratione filii non adveniat generatio.

DISPVT. CLIX.

generatio passiuæ, nec patrī, qui simul cum filio est, aduenire poterit actiua, quæ passiuæ responderet.

CAPVT. IV.

Durandi & Gabrieli sententia.

Durandi, in 1. d. 26. qu. r. n. 18. & d. 27. q. 1. aperte docet, personas constitui relationibus & distinguere sub expressa, & formalis ratione relationis; nec posse à nobis intelligi personam patris prius constitutam, quam generet, & habeat filium, sed simul. Idipsum docet Gabr. in 1. d. 26. q. 1. art. 3. dub. 4. videaturque fuisse sent. Scoti in 1. d. 28. q. vñ. §. ad quæst. & § ad argumentum principale, & quodl. 4. in fine ad argum. principale, amelius distincte 26. defendat ut probabile opin. lo. de Riphis, ut retulimus præced disp. cap. 3. Philosophatur autem hoc modo. Primum non cogant dicere, personas constitui forma absoluta sub conceputo absolute affirmant, constitui formaliter per relationes, vt relationes sunt. Nam quounque alio modo constituantur, præterquam relatione sub formalis & propriæ ratione relationis dicendum est constitui ab oluto, ut hacten contra Caetan. Canariensem & alios probatum est.

Præterea dicunt, personam patris simul esse cum generatione, & filio nec prius esse generationem, quam paternitatem, nec cogant assertere, aliquo modo cōcipi personam cōstitutam, antequam intelligitur relatio: sic n. fieret, vt persona non cōstitueretur relatione formaliter, sed ab oluto. Et sene si constitutio personæ esset ex natura rei, facile possemus prædictā sent. quod vitrāq; partē tueri, quia simul natura paternitas cōstitueret personam patris, & generet filium, tametsi pater esset prior origine quā filius; hac n. prioritas inter personas, etiā ut formaliter relatas, inveniunt, vt disp. 108. c. 2. dicimus: at vero non possemus prius ratione intelligere primam personam, quam generationem; quia ipsa generatione quasi fieret pater & persona & haberet filium: essetq; disciri enī inter patrē & creatum, & eternū, quod creatus esset persona, ut generare posset, prius natura, quā actu generaret: at eternus simul esset persona & pater, & paternitate esset persona generando, & generando esset pater & persona: cuq; Scot. locis citatis dicat, cōstitutionē personarū in Deo esse ex natura rei, consequenter videtur locutus. Est autem contentaneū eius principiis, assertere constitutionem diuinā personam esse ex natura rei, siquidem docet, relationem distingui ex natura rei ab essentia. Sic n. cu ea conveniens: ex natura rei persona posset constitui, ut diximus disp. præced. c. 1. Durand. quoq; & Gabr. qui sentiunt, relationem ab essentia distingui ex natura rei, ut retulimus 120. c. 3. assertere debent, constitutionem personarum esse ex natura rei, quia posita recte, cum Scoto de modo cōstitutionis personarum per relationes philosophatur.

Vetuntamen hoc eorum fundam. fallsum esse monstrauit dispilla 120. ideoq; præced. disp. intuli. constitutionem esse debere per solam nostram considerationem. Quo posito, sequi videtur, personam debere constitui, vel constitutam, consideratiū prius, non solū origine, sed etiam ratione, quam intelligatur generatio ac proinde prius quam, paternitas: quoniam nostro more intelligendi prius concipiūs id, quod est principiū generationis, secundum quod in ē est, quam intelligamus generationem ab eo procedere. Tunc igitur qualiter sit persona nostro more intelligendi constituta?

Vasquez in 1. p. tom. 2.

CAPVT. IV.

189

absolutione, ac relatione? ac relatione paternitatis certe non potest, qui hæc, vel posterius intelligitur, quam generatio, vel factum simul; nulla autem videtur alia relatio; erit igitur constituta absoluto, ac proinde credit eadem difficultas.

Nonnulli tamen, qui hanc Durādi, amplectuntur sententiā in eo quod afferit, non prius intelligunt, quam generationem, quam paternitatem, nec è cōtra; nec prius considerari suppositū cōstitutum; quam genere, cum inquiritur de fundamento paternitatis, & aliarum relationum personalium in Deo, dicunt non esse generationē, immo origines à relationibus solo nomine videntur distinguere. Afferit autem fundam. relationum esse essentiam Dei intelligētem seipsum cum ceteris omnib. & hoc modo originem quasi inchoatā intelligi prius ipsa relatione. Nam origo perfecta cū relatione producuntur, sed illā secum afferri; est enim discriminis inter relationem creatam, quæ aduenit supposito constituto, & diuinam, quæ constituit suppositum, quod superius Durandus assignavit.

Ceterum sent. horū ēnt. ex parte lā impugnata. Recitatur est præced. disp. c. 4. vbi ostendimus, generare & primo, paternitatē, generari & filiationē nō esse syonyma, ac proinde differre, nō solo nomine, sed etiam cōceptu. Quis n. neget respectum, quem in origine cōcipiimus, & quē in relatione apprehēdimus, nō eodem modo à nobis cogitari respectus euina originis est productionis & via, respectus autem relationis ut patris & filii, est ut productoris & producti. Ex quo prima ratio cont. hinc modum dicēdi colligitur, nam fatuū est inter hos conceptus originis & relationis esse ordinē non realē natura, aut origine, sed ratione & consideratione nostra, quia vñ est vi via, aliud autē ut forma lā in factō esse: ergo vñ debeat cogitari prius alio: non quidem relatio, ergo origo. Non enim ideo à nobis intelligitur pater generare, quia pater est: sed potius ex eo intelligimus, esse patrem in staro eorū, qui crevit sunt, quia genuit, & de filiis similiter.

Secunda impugnatur horum opinio, quia non recitatur recte dicunt fundam. relationis paternitatis esse secundum, solam essentia intelligentem se, &c. cum enim hec sit in filio, in filio quoque intelligentem fundam. paternitatis, quod est absurdū. Cum autem loquimur de fundamento relationis diuinæ non contendimus assertere aliquid distinctum ex natura rei ab ipsa relatione, sed id, quod nostro modo concipiatur ut causa proxima relationis: essentia autem non est persona causa, etiam ut intelligens, quia sic reperitur in filio: ergo est ratione, intelligentis notionalis, quæ est productio: hanc autem nos vocamus originem: eumque fundamentum prius, debet concipi, quam relatio. origo prius erit in nostra consideratione quam relatio.

Tertio, cum principiū originis, videlicet ge- Tertio impo- nerationis, non sit sola essentia, sed persona, quia gnatū sen- tientia prædi- cta.

B b CAPT.

CAPVT V.

Exponitur verior sententia.

17.

Tota difficultas præsentis disp. ad personam patris videtur reducta, quia nimur ratione intelligatur esse constituta relatione, antequam actu generare; nam de aliis personis nulla prorsus difficultas est, eriamus dicamus cum communis sententia, quam præced. disput, statuimus, personas constitui relationibus. Si enim de persona filii loquiamur, facile intelligimus prius esse origine, quam ipsa persona intelligitur producta: prius enim consideramus rem produci, quam esse: cumque illa constitutatur relatione filiationis, quæ consequitur generationem passum, recte omnia constant. De Spiritu sancto eodem modo. Quare si in his duabus personis recte intelligimus, fundamentum relationum esse origines (ideo enim secunda persona est filius, quia generatur, & tertius spiritus, qui procedit, non contra) cur etiam idem de persona patris non dicemus?

*Quesito non
est de compre-
hensione Pau-
li ex natura
rei, sed per
notitiam ra-
tionis.*

Ceterum pro explicatione propositæ difficultatis obseruandum est, constitutionem hanc personarum per proprietates esse solum per rationem, ut superiori disp. c. 2. probat̄ est. Quocirca, cum queritur de persona patris, quoniam intelligatur constituta, antequam generet, non inquirimus de constitutione ex natura rei, secundum quam ordinem reali præcedat generationem: sed de const. in nostro intellectu, secundum quam solum præcedit generationem, consitratione nostra, hoc est, qualiter a nobis cogitetur pater, antequam intelligatur generare, virum sub conceptu paternitatis, an alio modo. Negari enim non potest, aliquid a nobis intelligi, quod potens sit generare, antequam intelligatur actu generare. Illud autem quod principium ad generandum concipiatur, debet esse persona, & non sola essentia. Fatentur id omnes Scholastici citatum S. Thos. in art. 4. huius qu. Imo Bonav. in d. 27. 1. part. disp. q. 1. qui dixit, personas distinguunt originibus non relationibus. Quibus eriam accedit Henric. vt refertur ab Sco. in 1. a. 28. q. vlt. 8. Alter modo, & quodlibet 4. S. Alter resp̄detur. Nec illas haec tenus negavit præter recentiores allegatos, qui putant sufficere, prius cōcipi essentiā cum actu essentiali intellectionis.

Sub quo autem cōceptu intelligatur tunc constituta persona, non eodem modo sentiūt omnes: tamen contr. Marci. iuxta varias ipsorum opiniones fatentur, non posse considerari personam sub conceptu relationis paternitatis, quia ad filium actu referuntur de quibus haec tenus dictum est. Docent enim cum S. Thomā in illo articulo 4. originem quamecumque priorem esse consideratione nostra, quam relationem personæ (vt ipse ait) originantis, hoc est, quam relationem, quæ responderet origini. Sic generatio prior est paternitatem in sententia S. Thomæ, & aliorum, sed quia eorum sententiae difficultati proposita non satisfaciunt, ideo alter philosophandum est.

Primo quidem, si personæ conceptu distincto & expreso coacipientur a nobis, recte intelliguntur relativi proprietaibus sub expresa & formalis ratione relationis constituti: sic enim concipiuntur iam tres personæ inuicem distinctæ suis relationibus. De filio & Spiritu S. vt paulo ante notauī, id non videatur difficile: de patre etiam idem potest dici, si concipiatur non ante genera-

ARTIC. II.

tionem, sed iam habens filium, & ab eo paternitate distinx̄tus. Sed quia nostra consideratione patr̄ procedere potest generationem, neccesse est, ut alio etiam modo a nobis concipiatur esse, am- quam generare.

Ideo, secundo dicendum est, concipi posse primam personam patris, antequam intelligatur actu generare, non quidem sub conceptu panis, id enim repugnat: quia paternitas fundatur in generatione, ut præced. c. probat̄ est, sed sub conceptu innascibilis, & secundi ad producendum. Prior modo consideratur a Bonav. in 1. d. 27. 1. part. disp. q. 1. 2. posterior modo ab Henrico. vt refertur ab Sco. Adde, quod, cum dico, concipi a nobis primam personam eo modo, antequam intelligatur generare, non astero: tunc necessario intelligi constitutam; sed simplici posse conceptu apprehendi. Cum enim hac constitutio sit tantum per rationem, ut superius dictum est, non est neccesse, semper personam apprehendere constitutam. Quod si electralis constitutio, quoque modo intelligere, debet esse constituta: veluti, cum apprehendamus animal prius hominem, non est neccesse, ipsum apprehendere constitutum ex viuente & sensibili; hoc n. constitutio est per rationem, quæ tamdu est, quādū cogitat̄: res autem postea, & alio modo apprehendere. At realis constitutio animalis ex corpore & anima non potest non esse in ipso animali quodies a nobis cogitatur animal: quia haec non pendet ex nostra consideratione. Quare, si pater constitueretur realiter, quomodo cōque a nobis prius intelligere est, quæ generare, debet concipi saltem confuse constitutus propriate reali.

Tertio nihil obstat, quo minus persona patris apprehendatur constituta, priusquam generet, ex essentia & proprietate illa, seu notione innascibilis, & secundi ad producendum, quam alibi ipse Bonavent. appellat fontalem plenitudinem, videlicet disp. 137. c. 5. postulum enim apprehendere essentiam a seipso secundam, & secundum quasi contractam ad esse personam, ut possit producere; nondum autem intelligimus expressam generationem patris. Postea autem hoc modo apprehendere primam personam, quid obstar? Siquidem ut secunda & innascibilis cogitari potest, antequam generet, & antequam sit pater.

Hos vero duos modo constitutions personarum non obscurè tradiderunt S. Thom. & Bonavent. nam S. Thos. in art. 4. huius quesit. contendit, non posse concepi personam patris sub ratione patris, antequam intelligatur genufles, quia paternitas in generatione fundatur: ergo tunc concipi personam primā, non expresse sub ratione patris, quia nondum intelligitur paternitas; sed sub ratione cuiusdam formæ hypothatica, quam nos nominamus aliquo quidditatu, sc. ingenio, aut secundū ad producendum, non denominatio, quale est forma hypothatica, magis exprimitur. Postea vero q. 4. c. 2. docet inter personas non esse prioritatem rationis, quia relata sunt, quod cum superiori dicitur non constaret, nisi persona alio modo considerasset. Nam si intelligitur prima persona prius esse, quam generare erit substantialis pofit secundum rationem, quam persona filii; quo modo ergo postea negaret vnam personam esse priorem alia consideratione nostra, nisi alio modo ipsam consideraret sub expressa ratione relationis.

Bon.

*Prima au-
thoris affir.*

fatur, neminem posse plene & distincte intelligere personam patris, nisi paternitate intellecta, cum tamen plane fatur in corpore, posse intellegi, personam patris prius esse, quam generare, & tunc non concipi sub ratione patris, sed ingeniti. Bifurcata igitur primam personam considerat Bonaventura, quid ergo mirum, si dupliciter quoque consideratione nostra constitutatur, ut explicatum est: Ad te quod ea, qua diximus, solum de constitutione primæ personæ intelligenda sunt. Nam de distinctione dicendum est, paternitate distinguunt sub expresso & formalí conceptu paternitatis & relationis ad filium; nondum enim intelligitur distincta, donec alia intelligitur, à qua distingui possit: tunc autem iam referunt ad illam actu relationes paternitatis & generationis.

CAPVT VI.

Satisfit argumentum Scoti in primo capite allatius.

R Elicuum est, ut si qua sunt argumenta huic nostræ sent. opposita, ea diluamus. Primum autem falsificandum est argumentum Scoti allatis in i.c. occasione quorū præsens controversia disputationis à nobis est: deinde aliqua, qua nobis obici possunt, dissoluenda sunt. Ad omnia vero argumenta Scoti, qua contendunt, prius intelligi eam personam esse, quā generare, respondetur: eis præterea tunc non cōsiderari sub expresso conceptu paternitatis sic eum plane conuincerent non esse necessariā originem, nec personam patris esse principium generationis: nihilominus non considerari tunc personam constitutam aliquo omnino ab soluto: nam secundus à se ad producendum, relatiōne cōcipitur. Quomodo autem nihil obster, relationem illam esse rationis & non realem, infra explicabitur. Quare ex argum. Scoti solam superelētūm in priori ordine posuit, quod peculiarem habeat difficultatem. Eo vero probare aititur Scotus, generationem in prius terminari ad absolum, quam ad relationem, eo quod ad relationem non sit motus: id quod eo maxime confirmatur, quod relatiōnem non potest ad aliud relatiōnem formaliter terminari, sed ad absolum: quare pater respicit filium prius constitutam proprietatem absolutam, quam intelligatur esse filius.

Ego quidem fator, relatō in crēaturis non referri formaliter ad aliud relatiōnem, sed absolum, in diuinis tamen necessario referri debet ad relatiōnem. De creaturis id mihi suadeo ex Arist. primum quia lib. 5, metaph. c. 15, aperte docet, ideo visum non refert ad viibile, nec intellectum ad intelligibile, quia committeretur in definitione illorum inutilis circulus, vt late deduximus supra disp. 10.4, c. 2, cui doctrinae conscientis S. Thos. supr. q. 25, art. 3, docet, omnipotentiam Dei non recte definiti per possibile, eadem omnino ratione, quia esset iniutilis circulus in definitione, atque idem metu eodem protius modo esset, si pater referretur ad filium, & per illum definiretur: ergo, si in visu & intellectu, quæ à quibusdam dicuntur relata tertij generis, non mutua purantur Arist. illud esse incommodum, id ē in aliis relatis existimare debuit, aut si in aliis nullum est, in intellectu & sensu esse non potest.

Deinde Arist. in prædicam. cap. de relat., nunquam dixit possum esse relatorum, ut nō possit unum cognosciri, nisi cogniti alio sub formalī ratione relati, sed non posse relati cognosciri, nisi id, ad quod referatur, cognoscatur; id quod verissimum est, de Vafquez in 1. p. tom. 2.

termino etiam absoluto, ut cognosci non possit relatum, nisi cognoscatur terminus, ad quem est relatum. Quia etiam ratione definiens Arist. relatum, quod non tantum dicitur, sed est aliud, non dixit, relatum est, quod est aliud relatum, sed cuius totum esse est aliud esse.

Quocirca placet mihi sententia Scoti in 1. diff. 30. *Scotus.*

q. 1. afflert, relata in vniuersum terminari formaliter ad absolum, dummodo id solum intelligat in relativis creatis, nam de diuinis personis alia ratio, ut subinde dicimus. Ex quo sequitur, relativa multo melius definiti per terminum absolum: nam si per terminum relatum definiantur, cōmittitur inutilis circulus, dum unum per aliud, & cōtra definiti, & incidere remus in nugationem, repetendo definitum in definitione ponendo definitionem nominis positi in definitione loco ipsius nominis hoc modo, visus est eius, cuius est visus per visibile definiretur, nam visibile est, cuius est visus, quam nugationem Aristot. vñitate contendit. illo 1. citato. Et quamvis vere dicamus, unum relatum esse alterius relati, ut dimidium dupli dimidiū, & pater filii pater: & intellectus intelligibilis intellectus; id enim significauit Aristot. c. illo 15, cū per parenthesin dixit (*ceteris rebus* est dicere) ut explicauit disput. 140. c. 2. nihilominus nobis non recte innotescit natura relati, cum per alterum relatum formaliter definitur, & ita Mathematici non definitiū dimidium hoc modo, quod est dupli dimidiū; sed ita quod bū sumptum reddit totum, & sic de aliis. Arist. quoque 5. Metaph. c. 12, definit potentiam actuam non per passuum, quæ est corculata; sed hoc modo, principium transmutatiū in altero, prout alterum est. Non dixit esse transmutatiū principiū transmutabilis ut transmutabile est; sed in altero prout alterum est. Sic etiam pater non recte definitur, qui habet filium quia rursus dicere deberemus filium esse, qui habet patrem; & ita æque ignotum unum atque alterum post definitionem manet: sed dicere debemus, pater est viuens, quod produxit aliud viuens in similitudine naturæ a principio coniuncto: sic enim virtutum definitione quoque generationis, qua non traditur per ordinem ad genitum, sed ad substantiam absolutam tali modo productam. Si autem in ordine ad genitum daretur definitio hoc modo, *Est producitur geniti,* ridicula est definitio, nec naturam illius explicare: cumq; eodem modo referatur generatio & Pater, si generatio referatur ad absolum, & per illud definitur, id ē de Parte dicendū est.

Vetum contra ea, qua diximus de nugatione, videatur esse Arist. lib. 2. Elench. c. 6. nam 1. lib. c. 3. diff. Aristotele.

ficiūtatem proposuit in hunc modum: Si nihil refert loco nominis ponere orationem, hoc est, explicationem eius, facile homines cogentur nugari, hoc est, idem bis inaniter repertere. Cum enim duplum explicarūt per orationem idem sit, quod simpli duplum, si dicat aliquis, simpli duplum, idem erit, ac si dicat, simpli simplici duplum, accipiendo pro illo vocabulo, duplum, quod erat in priori oratione, definitiū illius, nempe, simpli duplum: & iterum pro duplo, quod erat in ea posteriori oratione simpli duplum, ponas eius definitiū, direte poteris, simpli simplici duplum. Responderet autem in eo 2. libro capite 6. obscuris admodum verbis, quæ hanc reddunt sensum, nempe haec nomina ad aliquid relata non significare idem coniunctum, atque separata, eo quod separata

termino relato significant, aut explicantur per orationem, in qua ponitur terminus relatus; ut cum dicimus, *Duplum est simpli duplum*: sed cum ponuntur in oratione simul cum termino relato, non significant, hoc est, non debent eodem modo explicari, ad dito iterum termino relato: quare duplum positum in oratione cum simple, ut dicimus, *simpli duplum*, non debet iterum explicari per simplum dicendo, est *simpli simpli duplum*, ergo eodem modo dicere possimus; etiam vnum relatum definitur per aliud relatum, ut Pater per Filium, loco relati positi in definitione non licere ponere definitionem eius, quia posita vere in nagationem incideremus: eo quod licet illud relatum per se sumpsum explicetur per aliud relatum; positum tamen in definitione, & coniunctum cum aliis non possit per relatum aliud explicari; siquidem ex Arist. constat vnum relatum non esse explicandum eodem modo sumpsum per se, & coniunctum cum aliis.

^{27.} *Diffluentia.* Respondeo Aristot. non dixisse, quodcunque nomen etiam relatum positum in definitione, vel in oratione, quod nondum explicatum est, non posse explicari, ac si per se sumpsum esset, cum oppositum aperte docuerit. *Metaphys. cap. 15.* vt supra disput. 104. cap. 2. memorauimus, sed solum docuisse, relatum, quod explicatur per repetitionem sui cum termino suo relato, & ita positum in oratione dicatur esse alterius relati, ut cum dicimus, *duplum est simpli duplum*, (hoc enim vere dicitur, ut eodem primo capite ex Aristotele notaui) non posse exponi repetito iterum termino relativo, per quem explicatur; & ita pro eo, quod dicitur, *duplum est simpli duplum*, non licere retento illo *simpli*, iterum explicato vocabulo *duplum* dicere, *duplum est simpli, simpli duplum*. Eo igitur loco Aristot. non disputat, an liceat terminum relatum, per ordinem ad quem aliud relatum definitur, positum in definitione explicare, de quo tractauerat in illo 5. *Metaphys. cap. 15.* & dixerat posse ita fieri, & ideo non recte definiti visum perivisibile, quia sequeretur nugatoria illa repetitio; sed melius definiti visum per aliquid prius visibile. Ratio vero discriminis est, quia cum relatum explicatur per aliud relatum facta ipsius repetitione, simul cum altero relato in oratione, ut cum dicimus, *duplum est simpli duplum*, iam accipimus illud, ut explicatur per *simplum*, & ita amplius non explicandum per nouam repetitionem *simpli*, quia sane nullus momenti esset; neque ad explanationem illius quidquam referatur; tamen cum terminus aliquis etiam relatus non definitus, neque explicatus ponitur in definitione, ipsa ratio postulare videtur, ut explicetur & definitur ad perspicuitatem ipsius definitionis. Si enim quis querat, quid sit ille terminus, qui ponitur in definitione, non est ei neganda definitio. Quare si propria definitio est vniuersi relati per aliud relatum, incideremus in circulum, ut dictum est. Merito ergo diximus relata definita esse per terminum absolutum. Hinc intelliges id, quod ait Porphyrius cap. de specie-genus per speciem & contra definiri debere: non enim intelligit (ut Logici putauit) genus definiendum per speciem, quatenus species est correlata generi, hoc est, quatenus illi subicitur, sic enim committeretur: inutilis circulus: sed per speciem, quatenus species quoque alia ratione de pluribus differentibus numero praedica-

ARTIC. II.

tur. Sic enim innotescit nobis, quomodo genus praedictetur de iis, quae specie differunt, etenim specie, quae talis est, ut sub se plura ut minimorum contineat individua. Sed de his sat.

Nunc vero, quod attinet ad nostrum institutum, *Ad diu Patrem aeternum referri* quidem, non ad ab solutum, sed ad Filium sub ratione filiationis relata: tametsi in creatis alia sit ratio, eo quod in creatis generatio substantialis terminatur ad substantiam; ad relationem vero nullo modo, quia illa aduenit substantia, & persone, aut natura genita, ad quam terminatur generatio: in diuinis vero alio modo, quia cum relatio sit substantia, ipso forma hypothatica iuxta veriorem opinionem, ad ipsam ut constituentem personam substantialiter terminatur generatio. Id enim, quod generatur in Deo, est persona, non natura ergo referunt in diuinis genitor, hoc est, Pater eodem modo, quo generatio ad Filium, ut filius est tanquam ad proprium & per se terminum. Qui vellet definire ipsum; ut in seipso est, hoc modo deberet definire, & hoc modo relatum claret inveniatur. At vero nos viatores, qui inflatur etiam creatarum diuina intelligimus, etiam si vere dicimus, Pater in Deo est Filius pater, & contra melius tam in nobis ipsius explicamus naturam Patris per terminum absolutum, sicut in humanis, hodo, Pater aeternus est, qui produxit a principio filii coniuncto personam viuentem in similitudinem suæ naturæ. Sic enim & generationem diuinam, superius disput. 113. definitius, quam non tam bene definitius per terminum correlatum hoc modo, est *productio geniti, aut filii*.

Eodem modo de relatione Spiritus sancti dicendum est, terminari ad Filium ut spiritu formaliter alia tamen ratione, quia filius etiam in ratione Filius ab eo distinguatur, ut disp. 147. dicunt est; relatio autem a termino suo debet distinguiri. De Patre vero alia est ratio. Nam cum ab Spiritu sancto distinguitur sola paternitate, & ea constitutatur in ratione persone, non spirationis, etiam poterit esse terminus Spiritus sancti, non ratione spirationis. Et sic manet factum rationib[us] Scoti allatis in primo argumento.

CAP V T VII

Diluuntur alia argumenta, que nobis opponi possunt.

Ceterum opponi nobis aliqua possunt contradicendum, quod diximus cap. 5. explicantes secundum propriam sententiam, quo modo Pater aeternus intelligatur in hoc prius esse, quam generare. Ea igitur in hoc capite dilucere necesse est.

Primum arguit *Scotus quoddam* 4. §. *Contra Iulianum*, hac ratione, Innaudibilis est sola negatio, ergo ea non potest intelligi constituta prima personam, antequam intelligatur generare. Quod illi sententia quis dicat cum *Antistiod.* & *Bonav.* esse aliquod positum, etiam si negatione significetur, minimum significetur esse a se; sic virg. *Scotus*: vel illa vox, *se, clementia rationis, principij*, & ita Pater non est a se, quia non potest esse cui ipsius principium: aut illa vox, *item*, denotat non esse ab alio, & sic *Iulianus* agnitionem significat. Respondeo his variis modis vel negatione processionis, quam denotat, *ingenitum*, vel voce illa a se, significari rationem pro-

mi principij, quæ nomine etiam fontalis plenitudinis, non autem nomine paternitatis denotatur, & melius negatione quam positivo exprimitur, quamvis ratione huius positionis constitutatur notio, non sola negatione, ut disp. 127. c. 5. notatum est.

Arguit deinde idem Scotus hoc pacto, aut innascibilitas significat relationem, aut proprietatem absolutam, aut essentiam; si essentiam, non potest constitutere personam, ne illam contrahere relationem autem nequit significare, quia nulla alia relatio videtur esse, quam paternitas, quae persona solum conueniat, vel erunt plures relationes personales in Deo, quanquatuor, quod est absurdum; superestigitur, ut significet proprietatem absolutam, ac proinde persona in illo priori, ab soluto aliquo constitutur.

Respondeo id, quod per innascibilitatem concipiimus, esse proprietatem conceptam relative; ea namque voce significamus fontalem plenitudinem, vel primum principium producentem, quæ sane relatio in Deo non est realis, quia in eo non distinguuntur posse generare ab eo, quod est, actu generare; & hoc fatus est, ut intelligatur tanquam proprietatis Patris fundamentum huius fecunditatis primæ & fontalis. Nec mirum est (cum id prouenias ex diuerso modo concipiendi) ut id, quod actu generari à se, veluti fons, qui est Pater innascibilis, concipiatur a nobis per modum potentis generare, antequam intelligatur generare. In quo non multiplicamus relationes, sed diuerso modo candem concipiimus instar rerum creaturarum: ideoque Henricus ait, primam personam prius considerari ut potentem generare, quam actu generantem. Ob id tamen non constitutimus diciram notionem in Deo innascibilitatem, quatenus significat fontem primum & actu manantem & potentem manare, quia eadem dignitatem fontis & primæ originis denotat. Non cogitat, si dicamus illam proprietatem innascibilis & fontis exprimari a nobis per relationem rationis, quo minus concipiāt personam sub eo conceptu constitutam. Nam cum constitutio hæc sit per rationem, mirum non est, si eadem fecunditate diuerso modo a nobis concepta eadem persona diuerso modo constituta apprehendatur.

Verum tamen est Scotus loco citato & Henricus doceant, personam primam concipi à nobis prius ut potentem generare, quam actu generare; existimat enim cum omnibus aliis doctoribus, personam prius intelligi quam originem; nihilominus arguit Scotus loco citato, ut probet, non posse constitui primam personam relatione illa parentis generare, tum quia alia persone constituantur relationibus fundatis non in potentia, sed in actu: tum etiam quia, cum sit relationes, non potest constitutere personam realem. Repondebit tamen, alias personas non posse concipi auctum originis passim, & ita non posse constitui relatione fundata in potentia; at vero personam primam concipi à nobis esse, antequam generare, & ideo tunc posse per nostrū intellectū, constitui relatione illa potentis, quia alia relatione non potest constitui. Hanc vero relationem effectionis nihil obstat, ut proxime dictum est. Quare vero, cum concedat Scotus primam personam posse cogitari potentem generare, antequam actu generet, nihilominus dicat, tunc non constitui relatione illa aut proprietati potentis genera-

Vasquez in 1. parte Tom. 2.

*Absoluta in
diuinis, sunt
communis
personis,*

re, dicens in annotationibus articuli sequentis.

Atque hinc etiam defenditur communis doctrina, quæ affirmat, absolute in diuinis esse communia personis. Innascibilitas enim eo modo concepta ante actualē generationem non est omnino absolute id nostro conceptu. Et quamvis relationes rationis, quæ fundatur in nuda essentia sint communes omnibus personis, sicut essentia: relationes tamen fundate in proprietate personali, & nostro modo concipiendi non sunt communes. Nam nomine verbi denotatur respectus rationis, & nomine doni similiter, ut vidimus disput. 144. cap. 2. & disp. 154. c. 2. & tamen non sunt communes personis: ergo cum hic respectus fecunditatis primæ & fontis potentis manare fundetur in persona prima nostro modo concipiendi, non debet esse communis omnibus personis. Si quereras, quod sit fundamentum huius relationis: respondeo ipsam personam conceptam per modum fecunditæ, quæ sane fecunditas idem est recipia cum relatione paternitatis, sed nostro modo concipiendi tunc consideratur sub respectu potentis, & nondum actu generantis.

34.

ARTICVLVS III.

*Vtrumque ablati per intellectum relationibus à personis,
adhuc remaneant hypostasis.*

Ad tertium sic proceditur. Videatur, quod abstractis per intellectum proprietatibus seu relationibus à personis, adhuc remaneant hypostases. Id enim ad quod aliquid se habet ex additione, potest intelligi remoto eo quod sibi additur. Sicut homo se habet ad animal ex additione, & potest intelligi animal remoto rationali. Sed persona se habet ex additione ad hypostasim. Est enim persona hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinente. Ergo remota proprietate personali à persona intelligitur hypostasis.

2. Præterea. Pater non a bōdem habet quod sit Pater, & quod sit alius. Cū enim paternitate sit Pater: si paternitate esset alius, sequeretur quod Filius, in quo non est paternitas, non esset alius. Remota ergo per intellectum paternitate ad Patrem, adhuc remanet quod sit alius, quod est esse hypostasis. Ergo remota proprietate à persona, remanet hypostasis.

3. Præterea. August. dicit 5. de Trinit. Libro 5. de Trinit. cap. 6. Non hoc est dicere ingenitum quod est Trinit. non in principio, nisi prohiberet eum dicere in principio, sed si Filius non genuisset, non in esset ei paternitas. Ergo remota paternitate, adhuc remanet hypostasis Patris ut ingenita.

Sed contra est quod Hilar. dicit 4. de Trinit. Nihil habet filius nisi natum Nati. Trinit. non in principio, sed si Filius. Ergo remota filia, motu à principio.

Bb 3 Respon-

Respondeo dicendum, quod duplex fit abstractio per intellectum. Vna quidem secundum quod vniuersale abstractitur a particulari, ut animal ab homine. Alia vero secundum quod forma abstractitur a materia. Sicut forma circuli abstractitur per intellectum ab omni materia sensibili. Inter has autem abstractiores haec est differentia, quod in abstractione, quæ sit secundum vniuersale & particolare, non remanet id à quo sit abstractio. Remota enim ab homine differentia rationali, non remanet in intellectu homo, sed solum animal. In abstractione vero, quæ attenditur secundum formam à materia vtrumque manet in intellectu. Abstrahendo enim formam circuli ab ære remanet seorsum in intellectu nostro & intellectus circuli & intellectus aris. Quamuis autem in diuinis non sit vniuersale, neque particolare, nec forma & materia secundum rem, tamen secundum modum significandi inuenitur aliqua similitudo horum in diuinis, secundum quem modum Damasc. dicit, quod commune est substantia particulae vero hypostasis. Si igitur loquamus de abstractione quæ sit secundum vniuersale & particolare, remotis proprietatibus, remanet in intellectu essentia communis, non autem hypostasis Patris, quæ est quasi particolare. Si vero loquamus secundum modum abstractiōnis formæ à materia, remotis proprietatibus non personalibus, remanet intellectus hypostaseon & personarum. Sicut remoto per intellectum à Patre quod sit ingenitus, vel spirans, remanet hypostasis, vel persona Patris. Sed remota proprietate personali per intellectum, tollitur intellectus hypostasis. Non enim proprietates personales sic intelliguntur advenire hypostasiis diuinis sicut forma subiecto praexistenti, sed ferunt secum sua supposita in quantum sunt ipsa personæ subsistentes. Sicut paternitas est ipse Pater. Hypostasis enim significat aliquid distinctum in diuinis, cum hypostasis sit substantia individua. Cum igitur relatio sit quæ distinguit hypostases & constituit (ut dictum est) relinquitur quod relationibus personalibus remotis per intellectum, non remaneant hypostases. Sed (sicut dictum est) aliqui dicunt, quod hypostases in diuinis non distinguuntur per relationes, sed per solam originem, ut intelligatur Pater esse hypostasis quadam per hoc, quod non est ab alio: Filius autem per hoc, quod est ab alio per generationem. Sed relationes aduenientes quasi pro-

*Liber 3. or. b.
fidei. cap. 6.
in princ.*

Artic. præc.

Artic. præc.

ARTIC. III.

pietates ad dignitatem pertinentes constituant rationem personæ. Vnde & personales dicuntur. Vnde remotis huiusmodi relationibus per intellectum, remanet quidem hypostases, sed non persona. Sed hoc non potest esse propter duo. Primo, quia relationes distinguunt & constituit hypostases, ut ostensum est. Secundo, quia omnis hypostasis naturæ rationalis est persona, ut patet per definitionem Boeth. dicunt, quod persona est rationalis naturæ individua substantia. Vnde ad hoc quod est hypostasis, & non persona, ostenditur abstrahi ex parte naturæ rationalitatem, non autem ex parte personæ proprietatem.

Ad primum ergo dicendum, quod persona non addit supra hypostasim proprietatem distinguente absolute, sed proprietatem distinguenter ad dignitatem pertinentem. Totum enim hoc est accipiendo loco vnius differentie. Ad dignitatem autem pertinet proprietatis distinguens, secundum quod intelligitur substantia in natura rationali. Vnde remota proprietate distinguente à persona non remanet hypostasis, sed remaneret, si tolleretur rationalitas naturæ. Tam enim persona quam hypostasis est substantia individua. Vnde in diuinis de ratione vtriusque est relatio distinctiōnis.

Ad secundum dicendum, quod paternitate Pater non solum est Pater, sed persona: & est, quis, siue hypostasis. Nec tamen sequitur quod Filius non sit quis, siue hypostasis, sicut non sequitur quod non sit persona.

Ad tertium dicendum, quod intentio Augustini non fuit dicere quod hypostasis Patris remaneat ingenita remota paternitati: quasi innacibilitas constituit & distinguat hypostasim Patris. Hoc enim esse non potest: cum ingenitus nihil ponat, sed negat: ut ipse dicit. Sed loquitur in communi: quia non omnem genitum est Pater. Remota ergo paternitate, non remanet in diuinis hypostasis Patris ut distinguatur ab aliis personis, sed ut distinguatur a creaturis: sicut ludet intelligunt.

CONCLUSIO est. Remota relationibus personalibus per intellectum, neque remaneant hypostases, neque persona: remota tam distinctione actus, remanet persona Patria & Filii.

Notatione circa articulum.

Bona in 1. dis. 26. qu. 3. approbare videntur. Et tentiam eorum, qui assertūt abstractis relationibus manere adhuc hypostases in deo proprietas confituntur.

QVÆST. XL.

ARTIC. III.

origines; esset enim in Deo qui ab alio, & à quo aliis, relationes enim posteriores sunt originibus. Hactamen sententia facile concinuit ex dispe. 15. 8. vbi probatum est, originibus non constitui personas, nec distingui formaliter. Et quidem nisi cum originibus in Deo intelligeremus producens & productum, quemam persona cogitari posternam generatio actua, aut passua non est persona, sed via ad illam.

Addit *Scotus* quoth. 4. §. Ex iſis duabus, remotis personalibus relationibus manere adhuc saltem unam personam, videlicet Patris, quia prima persona intelligitur à nobis secunda, & potens generare, sicut dixit Henricus, quem ipse ibidem refert, antequam intelligatur actu generare. Neque enim *Scotus* impugnat Henricum, quo dixerit, posse intelligi personam primam eo modo ante generationem; sed quod affirmauerit, relatione illa potentis generare constitui, antequam intelligatur generare. Id autem refutat *Scotus* consentaneo doctrina sua: cū enim paret ipse, personas ex natura rei constitui, vt cap. 4. præcedens disputationis memorauit, & illa relatio In Deo sit tantum rationis, quia in Deo non est alia relatio re ipsa, quam actu producentis & actu producendi merito ioculis *Scotus*, non posse ea relatione constitui personam: at eam concipi posse sub illo solum conceptu secunda & potentia generare, negare non posuit. Nos vero, qui in dip. 15. cap. 2. probauimus, constitutionem diuinorum personalium esse tantum per intellectum nostrum, recte etiam intulimus præcedenti disp. cap. 3. non solum posse concipi à nobis primam personam, vt secundam, & potenter generare, antequam intelligatur generans: verum etiam proprietate illa concepta per modum relationis, etiam si rationis, recte à nobis posse constitui primam personam.

Quiccirca si S. Tho. loqueretur de persona Patris, vt à nobis concipiatur, antequam generet, non dubitaret affere, posse quidem concipi, vt Personam non intellecta relatione Patris, vt relatio est, cum ipse id aperte fateatur articulo seq. ergo cum affert in hoc art. remotis relationibus non manere personas, loquitur de relationibus seu proprietatis personalibus, qualecumque illæ sint, vel quomodo cumque concipiantur, quatenus ab originibus distinguntur: & inquit remotis his proprietatis que intelliguntur per modum formæ inherentes, etiam manente originis, nō posse intelligi personas: quia originibus, vt origines sunt, non possunt constitui & distinguiri, vt att. 2 dixerat.

Ex eodem principio sequitur, non negare Doctorum sanctum, posse concipi res personas conceptum communis personæ in Deo non intellectis relationibus secundum particulares illarum rationes: sed eas nō posse peculiariter cognoscere, nec in viuissimum: nisi cognitis proprietatis per modum inherentis, quocumque modo illa concipiatur, nec sufficere conceptum originis quomodolibet, vt intelligatur persona.

ARTICVLVS IV.

Vtrum actus notionales praaintelligantur proprietatibus.

AD quartum sic proceditur. Videatur, quod actus notionales præintelligantur proprietatibus. Di-

ARTIC. III.

225

cit enim Magister 27. distinctione Sententiarum 1. quod Pater semper est, quia genuit Filium. Et ita videtur, quod generatio secundum intellectum præcedat paternitatem.

2. Præterea. Omnis relatio præsupponit intellectu id supra quod fundatur: sicut æqualitas quantitatem. Sed paternitas est relatio fundata super actione quæ est generatio. Ergo paternitas præsupponit generationem.

3. Præterea. Sicut se habet generatio actiuæ ad paternitatem, ita se habet natuitas ad filiationem. Sed filiatio præsupponit natuitatem. Ideo enim filius est, quia natus est. Ergo & paternitas præsupponit generationem.

Sed contra. Generatio est operatio personæ Patris. Sed paternitas constituit personam Patris. Ergo prius est secundum intellectum paternitas quam generatio.

Respondeo dicendum, quod secundum illos qui dicunt, quod proprietates non distingunt & constituunt hypostases sed manifestant hypostases distinctas & constitutas, absolute dicendum est quod relations secundum modum intellecti præsequuntur actus notionales, vt dici possit simpliciter, quod quia generat, est Pater. Sed supponendo quod relations distingunt & constituunt hypostases in diuinis, oportet distinctione vti.

Quia origo significatur in diuinis actiue & passiue: actiue quidem, sicut generatio attribuitur Patri, & spiratio sumpta pro actu notionali attribuitur Patri & Fili. Passiue autem, sicut natuitas attribuitur Filiu, & processio Spiritui sancto. Origines enim passiue significantur simpliciter præcedunt secundum intellectum proprietates personalium procedentium etiam personales. Quia origo passiue significata significatur, vt via ad personam proprietatem constitutam. Similiter & origo actiue significata prior est secundum intellectum, quam relatio personæ originantis, quæ non est personalis. Sicut actus notionalis spirationis, secundum intellectum præcedit proprietatem relatiuam innominatam, communem Patri, & Fili. Sed proprietate personalis Patri potest considerari dupliciter. Vno modo vt est relatio, & sic iterum secundum intellectum præsupponit actum notionalem. Quia relatio in quantum huiusmodi fundatur super actum. Alio modo secundum quod est constitutiva personæ. Et sic oportet quod praaintelligatur relatio actiui notionali, sicut persona agens praaintelligitur actioni.

Bb 4

Ad

Ad primum ergo dicendum, quod cum Magister dicit, quod quia generat, est Pater: accipitur nomen patris secundum quod designat relationem tantum, non autem secundum quod significat personam subsistenter. Sic enim oportet & conuerso dicere, quod quia Pater est, generat.

Ad secundum dicendum, quod obiectio illa procedit de paternitate, secundum quod est relatio, & non secundum quod est constitutiva personæ.

Ad tertium dicendum, quod natuitas est via ad personam Filij. Et ideo secundum intellectum præcedit filiationem etiam secundum quod est constitutiva personæ Filij. Sed generatio actua significatur ut progrederis à persona Patris. Et ideo præfupponit proprietatem personalem Patris.

CONCLVSI OEST. Origo passiuæ intelligitur prius quam proprietas & relatio, que originem con/equivetur, actus quoque considerata prior est, quam relatio persona producentis. De doctrina huius actus, satis dictum est à nobis disp. præce. cap. 5. tum etiam quo modo persona Patris à nobis intelligatur, antequam generet, de quo hic quoque differit S. Tho. ibi, satis explicatum est.

QUÆSTIO XLI.

De personis in comparatione ad actus notionales.

Dinde considerandum est de personis in comparatione ad actus notionales.

E circa hoc quaruntur sex.

ARTICVLVS I.

Vtrum actus notionales sint attribuendi personis.

AD primum sic proceditur. Videatur, quod actus notionales sunt personis attribuendi. Dicit enim Boeth. in lib. de Trinitate, quod omnia genera cum quis individuam veritatem prædicationem, in diuinam mutatur substantiam, exceptis relativis. Sed actio est unum de decem generibus. Si igitur actio aliqua Deo attribuitur, ad eius essentiam pertinebit, & non adnotione.

2. Præterea. Augustinus dicit 5. de Trinitate, quod omne quod de Deo dicitur, aut dicitur secundum substantiam, aut secundum relationem. Sed ea quæ ad substantiam pertinent, significantur, per essentialia attributa: quæ vero ad relationem per nomina personarum, & per nomina proprietatum. Non sunt ergo præter hæc attribuendi personis notiales actus.

ARTIC. I.

3. Præterea. Proprium actionis est ex se passionem inferre. Sed in diuinis non ponimus passiones. Ergo neque actus notionales ibi ponendunt.

Sed contra est quod August. dicit in lib. cap. bro de fide ad Petr. Proprium quidem Patris est quod Filium genuit. Sed generatio actus quidam est: ergo actus notionales ponendi sunt in diuinis.

Respondeo dicendum, quod in diuinis personis attenditur distinctio secundum originem. Origo autem conuenienter designari non potest, nisi per aliquos actus. Ad significandum igitur originis ordinem in diuinis personis necessarium fuit, attribuere personis actus notionales.

Ad primum ergo dicendum quod omnis origo designatur per aliquem actum. Duplex autem ordo originis attribui Deo potest. Vnus quidem secundum quod creatura ab eo progeditur: & hoc commune est tribus personis. Et ideo actiones quæ attribuuntur Deo ad designandum processum creaturarum ab ipso, ad essentiam pertinent. Alius autem ordo originis in diuinis attenditur secundum processionem personæ à persona. Vnde actus designantes huius originis ordinem, notionales dicuntur: quia notiones personarum sunt personarum habitudines ad inicem, ut ex dictis patet.

Ad secundum dicendum, quod actus notionales secundum modum significati tantum differunt à relationibus personarum, sed re sunt omnino idem. Vnde Magister dicit in 1. Sent. 26. dist. quod generatio & natuitas alijs nominibus dicuntur paternitas & filiatio.

Ad cuius evidentiā attendendum est, quod primo oportet cognoscere originē alius ab alio ex mortu. Quia enim aliqua res à sua dispositione remoueretur per motum, manifestū fuit hoc ab aliqua causa accidere. Et ideo actio secundum primam nominis impositionem importat originem mortu. Sicut enim mortuus prout est in mobili ab aliquo, dicitur passio: ita origo ipsius motus secundum quod incipit ab alio, & terminatur in id quod mouetur, vocatur actio. Remoto igitur motu, actio nihil aliud importat, quam ordinem originis, secundum quod à causa aliqua vel principio procedit in id, quod est à principio. Vnde, cum in diuinis non sit motus actio personalis producētris personam, nihil aliud est, quam habitudo principij ad personam, quæ est à principio. Quæ quidem habitudines sunt quæ relationes vel notiones. Quia tamen diuinis

214
Opusculi 3. c.
651.

In medio lib.

Libro 5. de
Trinitate, cap. 4.
Et 5. tomo. 3.

diuinis & intelligibilibus rebus loqui non possumus; nisi secundum modum rerum sensibilium, à quibus cognitionem accipimus, & in quibus actiones & passiones in quantum' motum implicant. aliud sunt à relationibus, quæ ex actionibus & passionibus consequuntur: oportuit seorsum significari habitudines personarum per modum actus, & seorsum per modum relationum. Et sic patet quod sunt idem secundum rem, sed differunt solum secundum modum significandi.

Ad tertium dicendum, quod actio secundum quod importat originem motus, infert ex se passionem: sic autem non ponitur actio in diuinis personis. Vnde non ponuntur ibi passiones, nisi grammatico loquendo, quantum ad modum significandi, sicut patri attribuimus generare, & filio generari.

CONCLUSIO articuli est, Ad significandam ordinem originis necessarium fuit attribuere personas diuinatales.

Notationes circa articulum.

VT melius intelligamus omnia, quæ in hoc articulo & in toto quæst. traduntur, quedam notanda sunt. Primum est, originem seu actuum notionalem idem esse. Origo dicitur ipsa via & actus, quo persona producit, & quo procedit, ut generatio, spiratio, processio: sicut etiam in quolibet agente inter ipsum & effectum assignamus medium quandam actum productionis ut infra explicabitur. Dicitur autem in diuinis hæc origo actus notionalis, sicut dicitur notiones formæ quedam à nobis conceptæ, quibus personæ distinguuntur, de quibus disputatione 137 & seq. dictum est: sicut etiam haec origines dicuntur actus notionales, quia conducunt ad dignoscendas personas. Et patet quidem indiscriminatum ipsis vtuntur & relationibus, tanquam notiones personarum.

Secundo obseruandum est, actum notionalem non esse solum ratione productionis, sed includere etiam operationem intelligendis, quia ut disputatione 112. probatum est, generatio in Deo essentialiter est intellectio, & spiratio essentialiter est dilectio: adit autem supra rationem harum operationum relationem productionis. Quare qui affirmaret, originem esse quid absolute secundum rem, grauitate erraret, tolleret enim ordinem realēm productionis ad rem productam: obit tamē non debemus addere plures relations reales in Deo supra quatuor, quas Scholastici omnes cōcedunt: quia generatio actua cum non sit aliud quam paternitas velut via & generatio passiva nihil aliud quam filatio in fieri & in via, non debent distinctorū relations cōstituuntur, ut origines relativa: nomine enim relationis absolute intelligimus eam, quæ est per modum formæ in facto esse.

Tercio nota, originem idem esse secundum rem cum essentia, & persona, non adæquate cum essentia, sed cum persona: id enim dicimus adæquate esse idem, cum alio quod est etiam cum certis, cum quibus illud identitatem habet: & quia

origo ita est idem cum essentia, vt non sit cum omnibus personis, cum quibus essentia idem est, ideo dicimus originem non esse idem adæquate cum essentia; est autem adæquate idem cum persona, quia quæcumque origo idem est cum sua persona, actua cum producente, & passiva cum producta, & non cum alia.

Quarto. Notanda est doctrina S. Tho. in solitione secundi, ubi ait, originem idem esse secundum rem cū relatione, & differre secundū modum significacionis. Cum inquit secundum modum significacionis, non debet intelligi esse solam non minimum differentiam: sic enim dicendum est, generare, & paternitatem, generari & filiationem synonyma esse, quod est absurdum. Differunt igitur conceptu, & ratione nostra, si differant significacione, ut diximus disputatione 159. cap. 4. quia diversa significatio penes nostrum modum concipiendi sumitur. Adeo ex mente Doctoris sancti in ea solutione, originem actuum esse idem cum relatione personæ producentis, & passiuam cum relatione personæ productæ, vt generare cum paternitate, & generari cum filiatione, & ita originem actuum, & passiuam non esse in eadē persona: cum tamē in humanis actio & passio sint in eodem subiecto: actua enim est in producente, passiu in producta, & ita realiter distinguuntur, sicut ipsæ personæ & relationes.

Sic sentiunt cum Magistro in 1. d. 26. quem citat S. Thom, ceteri Scholastici, Gabriel, & Casper, propositum eadem d. q. i. Durand, quæst. 2. Scotus dicit 28. quæst. 3. Ferrariensis 4. contra gentes capite. 26. Caieta, Canar. & recentiores Thomistæ, in hunc articulum. Et colligitur ex Patribus, qui assignant distinctionem inter personas ex distinctione originis, eius scilicet, quod est generare, & generari, quos commemo- rauimus disputatione 158. c. 2. in alijs vero actionibus crearis idem omniū secundum rem est actio & passio, & in eodem subiecto simili sunt, ut tradit Aristoteles 3. Physicorum. cap. 3. textu 18. & sequentiis: quia actio in humanis, quæ est produc- tio, est motus in subiecto, quod mouetur, ideo que in ea recipitur, & dicitur actio, quatenus intelligitur ut actus interagens, & terminum produc- dum, passio vero, quatenus concipitur ut me- dius actus inter subiectum recipiens, & formam receptam, & dicitur receptio: at vero in Deo solo est generare, & generari, quæ dicuntur acti- ua generatio & passiva, & virtus concipitur ut actus medius, inter unam personam & aliam, altera ut producentis in productum, altera ut produc- tio a producente. In creatione eodem modo est, hoc est, in Deo est creatio actua, id est, creare: in creatura vero est passiva, hoc est, crea- ri, nisi ex tempore inciperet creatio: tamen quia creatio incipit in tempore, & voluntarie Deo nihil intrinsecum in est, vel ex tempore, vel ab æterno ex libera eius voluntate, ut disputatione 80. capite 2. monstratum est, ideo Deus dicitur creare extrinseca denominatione à relatione existente in creatura, non ab origine actua in ipso ex- istente: nam actus voluntatis ipsius, & intellectus non est ipsa creatio, & origo actua, sed princi- pium illius.

Addendum tamen est contra Caietanum, & Canari. In hunc articulum, creationem concep- 41
tio, est mo- tam ut actionem esse medium actum & viam in- dia inter creatorē & creaturā sicut in diuinis est creatio recte origo.

*E creaturam
vi etiam ori-
go in diuino.*

origo. Et quamvis sit pura relatio, ea tamen consideratur veluti in fieri, & via & non sicut in facto esse, atque ideo tanquam actus medius debet constitui. Neque S. Thom. docuit oppositum, cum dixit in diuinis ablata ratione via, qualis esse sollet in motu, nihil manere nisi relationem. Inteligit enim, originem idem omnino esse realiter cum relatione; significari tamen, & concipi per modum actus, ac proinde per modum viae. Actus enim in suo conceptu via est, cum tamen in motu aliud sit via secundum rem, aliud relatio inde proueniens; manet enim relatio cessante motu. Et quidem S. Tho. in art. 2. 4. p̄ced. questionis ideo dixit, non posse personas constitui originibus, quia habent rationem viae quasi tendentis, non autem rationem formæ inhærentis: ergo cum concedat, esse viam ad rem productam secundum suam rationem dicere quoque debet esse actum medium inter personam producentem & productam.

ARTICVLVS II.

*Vnam actus notionales sint vo-
luntarij.*

*215
1. dist. 6. ar. 1.
2. 3. & po.
q. 2. ar. 3. in
med. lib. & est 1. de Syno.
G. etiam alio
quantulum
& med. lib.*

DISPVT. CLIX.

dantur dilectus, non quod dilectio sit principium generationis filii.

Ad tertium dicendum, quod etiam voluntas in quantum est natura quadam, aliquid naturaliter, vult, sicut voluntas hominis naturaliter tendit ad beatitudinem. Et similiter Deus naturaliter vult & amat seipsum. Sed circa alia à se voluntas Dei se habet ad utrumque quodam modo, ut dictum est. Spiritus autem sanctus procedit a amor, in quantum Deus amat seipsum, unde naturaliter procedit, quamvis per modum voluntatis procedat.

Ad quartum dicendum, quod etiam in conceptionibus intellectualibus fit reducitur ad prima, quae naturaliter intelliguntur. Deus autem naturaliter intelligit seipsum. Et secundum hoc conceptio verbi diuini est naturalis.

Ad quintum dicendum, quod necessarium dicitur aliquid per se, & per aliud. Per aliud quidem duplicitur. Vno modo sicut per easam agentem & cogentem, & sic necessarium dicitur quod est violentum. Alio modo sicut per causam finalē: sicut dicitur aliquid esse necessarium in his quae sunt ad finem, in quantum sine hoc non potest esse finis, vel bene esse. Et neutrō sutorum mōdorum diuina generatio est necessaria. Quia Deus non est propter finem, neque coactio cadit in ipsum. Per se autem dicitur aliquid necessarium quod non potest non esse. Et sic Deum esse est necessarium. Et hoc modo patrem generare filium est necessarium.

DVX ex hoc articulo eliciuntur conclusiones Prior est, actus notionales sunt voluntarii voluntate concorrentes: posterior est, actus notionales non sunt voluntarii voluntate ut principio. Ut rāqua autem intelligitur de utroque actu notionali, generatio & spiratio: nam quamvis in corpora articuli solum meminerit S. Th. de actu generationis, in solutio ne tertij meminit etiam spiratio. Ratio vero posterioris conclusionis apud S. Thom. est, quia ea, quae sunt voluntaria voluntate ut principio, possunt sic aut alter esse: sed generatio & spiratio non possunt sic aut alter esse: ergo non sunt voluntariae voluntate ut principio. Quae sane ratio de utroque actu notionali plane probat.

Prior dubitatio circumspectum.

Ceterum pro maiori explicatione virtusque conclusionis & doctrinæ articuli explicandum est quid nomine voluntatis intelligat S. Thom. Doctor: Ratio autem dubitandi, quam afferit Caietanus, est, quia aut per voluntatem intelligit ea, quae necessario, & naturaliter vult, & hoc modo actu spirandi est voluntarius voluntate ut principio, ac proinde posterior conclusio de actu spirandi est falsa, & ratio, quam ex S. Thom. adduximus, non quadrat: aut voluntas intelligitur

CAPVT VIII.

299

libera, & ad utrumque, & ita, quamvis vera sit posterior conclusio, quia nullus actus notionalis est à voluntate libera ut principio; prior tamen conclusio vera esse nequit: quia nullus actus notionalis est voluntarius voluntate libera, etiam co-mitante.

Respondet Caietanus, voluntatem accipi vnde in utraque conclusione, aut potentia ipsa volendi, aut pro actu voluntatis, non determinata hoc aut illo modo, sed indiscriminatum. Porro in priori conclusione, quando dicitur. Pater generat filium voluntate comitante, ostendit Sanctus Thomas, actum generationis recipi ab actu voluntatis ut obiectum, non hoc aut illo modo determinata, hoc est, non à libero aut à necessario: sed confuse ab actu voluntatis, qualiscumque ille sit. At vero, cum in posteriori conclusione dicit, actum notionalem non respici à voluntate ut principio, significat, actu voluntatis, qui est velle, abstractum à libero & necessario non est principium alicius actus notionalis. Nam ablatus ille, voluntate, quando coniungitur verbo significanti actu, denotat rationem principij liberi: ut si dicas, voluntate generat pater aut spirat.

Veruntamen, secundum hanc expositionem Caietani, vix possumus aquilocationem & varietatem eiusdem nominis effugere. Quare facilis explicari potest S. Thomas si in utraque conclusione voluntas accipiatur pro actu, non potentia. Ut enim constat ex eodem i.e. questione 8. articulo, voluntas bifariam accipi potest, primum pro facultate ipsa volendi, deinde pro actu ipsius, qui est boni proficuum, aut complacientia: nam fuga mali non dicitur voluntas. Si autem accipiatur voluntas posteriori modo, pro actu si licet volendi, recte constat veritas utriusque conclusionis. Prior namque vera est, quia omnis actus notionalis placet, ac proinde cum dicitur velle: hoc autem modo actu voluntatis non est principium actu notionalis, sed illaten conatur. Posterior etiam conclusio eodem modo vera est, quia tam actu spiratio, quam generationis non est ab actu voluntatis ut principio; neque enim ideo pater generat, aut spirat, quia veli spirare & generare: ergo actus volendi non est principium, tam eti spiro si à voluntate, ut facultas est.

Probat autem S. Th. actus notionales non esse voluntarios voluntate ut principio, eodem fundamento & ratione, qua supra q. 14. art. 4. monstrauit, creaturas produci à Deo voluntate ut principio; quae est huiusmodi. Id quod agit voluntate ut principio, hoc est, quia vult, & id, quod agit natura ut principio, hoc est, in quantum est, hoc differt, quod agens voluntate, agit libere & ad utrumque, agens autem natura, agit necessario, & determinatum ad unam partem: Deus autem necessario generat & spirat: ergo non voluntate, hoc est, non in quantum vult, sed natura, hoc est, in quantum est, generat & spirat: sicut ex eodem principio se quirunt, creaturam à Deo voluntate produci, quia exit libere à Deo, & ad virum suum indifferens.

Posterior Dubitatio.

DEinde dubit etiam Caietan. an ratio S. Thos. Caietan. volum habeat locū in productis extra Deum, vt etiam in productis intra ipsum, Ratio dubitan- di est.

di est, quia, si locum habeat in productis intra Deum, nihil erit productum intra ipsum voluntarie, nisi voluntate reflexa: eatenus enim aliquid in Deo voluntarie producitur, quatenus volitum est, si autem solum intelligatur de productis extra Deum, inanis videtur labor S. Thomæ, quia difficultas presentis articuli solum erat de actibus notionalibus.

Respondet Caietanus rationem S. Tho, intelligit etiam de quois productio intra ipsum Deum, quem putat esse actum voluntatis liberae, qui licet non sit ipsa productus, concipitur tamen ad modum producti. Inquit igitur, etiam hos actus esse voluntarios & liberos, quia quodammodo voliti sunt, non alio acto distincto & reflexo sed eodem. Actus enim omnis voluntatis, inquit ille, volitus est, ut ratio volendi obiectum. Nescio tamen quis Caietanus, in his angustias redegerit, ratio namque S. Tho plane probat omnem illud esse voluntarie productum, hoc est, libere & ad verum, quod est à voluntate, hoc est, ab actu voluntatis ut à principio, sive productum in intra Deum, sive extra. Ex hoc autem concludit, nihil intra Deum esse hoc modo productum, quia nullus actus notionalis hoc modo producitur. De alijs vero operationibus liberis, que vere non producuntur, sed concipiuntur ut operationes, quales sunt voluntates liberae Dei, non probat hæc ratio Sancti Thomæ, liberas esse: sed alia ratione id probari potest. Nunc enim S. Thomas solum contendit, ostendere, nullum actum notionalem librum esse, id autem ratione praedicta optime concludit. Porro actus volendi creaturas, etiam concipiuntur eliciti a facultate voluntatis ut à proximo principio, non autem ab alio acto volendi esse liberos alia facili ratione ostensum est supra S. Tho, q. 19, art. 3, ut nos etiam disp. 79, explicamus.

DISP V T. CLX.

Vtrum actus voluntatis præcedat, an comittetur, aut subsequatur actus notionales.

Opinio Gregorij, Capreoli, & aliorum, cap. 1.

Quid senentia Scotus, & Caietanus, cap. 2.

Quamcumque voluntatem Dei circa actus notionales nullo modo priorem, sed posteriorem esse illis, verior sententia est, cap. 3.

Quomodo Patres de hac locuti sunt, cap. 4.

C A P V T .

Opinio Gregorij, Capreoli & aliorum.

Cum actus voluntatis, qui non est causa aliquius rei, possit etiam præcedere comitari, aut subsequi veluti voluntas nostra, quæ non est causa pluiae, potest illam præcedere desiderando illam, & comitari gaudente de illa praesenti, & subsequi complacentiam habendo de illa ut præterita, merito dubitandum est, quo pacto se habeat actus voluntatis in Deo respectu actuum notionalium.

Fuit autem opinio Gregorij in 1. dist. 6. ques. 1. art. 3. vñ impugnat Scoti sententiam, & Capreoli etiam disputatione quæst. 1. articulo 1. conclus. 6. & art. 2. ad argumenta contra eandem concluſ. Ferrarens. 4. contra gent. cap. 11. § viii. autem. & Canarens. 3. parte commentary huius art. voluntaris actum, quo dicuntur voluntarij actus notiales, non posse præcedere

ARTIC. II.

eos, sed necessario eos comitari. Videatur autem presla sententia S. Tho q. 2 de potentia art. 3. ad 2. Art. Caietanus responderet Sanctū Thomam solumne. Nam gasse, voluntatem præcedere ut principium, non alio modo. Hanc tamen interpretationem optimæ refellit Ferri ex verbis Doctoris S. vt quilibet videare potest.

Ceterum ratione Ferrarensis probatur, Philo. Ante actum individuum prouenientem à supposito necessario intelligi non potest alius actus eisdem suppositi ut prior secundum verum ordinem intellectus, eo quod nequeat esse aliquis actus medius inter suppositum & actum, qui egreditur necessario à supposito; bene tamen possum intelligi plures actus ab eodem supposito sequimur necessario egrediens: actus autem notionales egrediuntur, necessario à supposito ergo non potest intelligi actus voluntatis præcedentes; etenim hic actus medius inter suppositum & actum notionalem, quod est impossibile. Secundo probatur ratione Canarensis. Etiam si non est aliquis actus voluntatis circa actus notionales, nihilominus efficit actus notionales: ergo actus voluntatis circa actus notionales non præcedit ipsos si enim præcederet, eo ablatu tolleretur etiam actus notionalis, quia ablatu priori, neceſſe est aſterri id, quod poterit est. Confundatur etiam id ex S. Tho, in hoc art. quisoluta concedit voluntatem comitantem. Tertio probatur ratione Gregorij. Patri notitia non potest esse perfecta, antequam generetur: ergo nec velle generare, quia velle sive intellectione esse nequit: si prius fuit velle generare, quam ipsum generare sequitur, filium habuisse esse potest esse. Vnde denique confirmari potest, quia si actus voluntatis præcedit generationem, alter præcedere nequit, quam origine: hoc autem modo non potest esse prior, quia sequeretur, actus notionales esse voluntarios voluntate ut principio: ergo modo præcedit.

C A P V T . II.

Quid senentia Scotus & Caietani.

Sicut in 1. distinctione 1. §. in ista quæfie, certe saliquem actum voluntatis priorem esse, secundum rationem, quam origines, seu actus notiales. Cuius sententiam amplectitur Caietanus, articulatum, in cuius confirmationem nota Scottus, duplicum actum intellectus & voluntatis diligui posse: alterum intellectus & voluntatis communis est tribus personis, alterum intellectus notionalis, qui proprius est patris: in voluntate similius unum est actum omnium personarum, alterum vero patris solum, & filii producentum spiritum sanctum. Huc probatur, quoniam actum intellectus & voluntatis, omnium & essentialium, priorem esse originibus, & actibus notionalibus: nam prima persona in aliquo instanti originis intelligitur prius posse generare, quam generet, ut præcedenti disputatione probatum est; & in eo instanti persona patris se haberet ad personam filii & spiritus sancti, ut ad personam producentem & possibilem; cumque paternus esset instanti sit perfecte Deus, & perfecte bonus, intelligit intellectio essentialis, quæ non est producō, & vult voluntate essentiali, utramque cum communicat filio per generationem ergo hacten intellectio intelligit actus notiales, ut futura

Gregorius
Capreol.